Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1234
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Confitemini dno quoniam bonus quoniam in
saeculum misericordia eius.
ALEPH DOCTRINA
Beati inmaculati in via
qui ambulant in lege dni.
Beati qui scrutantur testimonia eius
in toto corde exquirunt eum.
Non enim qui operantur iniquitatem in uiis
eius ambulauerunt.
Tu mandasti mandata tua custodire nimis.
Utinam dirigantur uiae meae ad custodien
das iustificationes tuas.
Tunc non confundar cum perspexero in om
nibus mandatis tuis.
Confitebor tibi in directione cordis in eo quod
didici iudicia iustitiae tuae.